Bibliothèque numérique

medic@

**Université de Paris. Nova facultatis medicae parisiensis statuta addenda antiquis.**

*[1696].*
*Cote : 77372*

PARIS biu Santé

Licence ouverte. - Exemplaire numérisé: BIU Santé (Paris)
Adresse permanente : http://www.biusante.parisdescartes.fr/histmed/medica/cote?77372

1696.
77372

NOVA
FACULTATIS MEDICÆ
PARISIENSIS

# STATUTA

Addenda antiquis.

*EXTRAIT DES REGISTRES de Parlement.*

VEU par la Cour la Requeſte à elle preſentée par les Doyen Docteurs Regens de la Faculté de Medecine ; fondée dans l'Univerſité de Paris, contenant que, pour s'aſſurer



77372

Nova facultatis medicae parisiensis statuta addenda antiquis. - page 1 sur 14

davantage de la capacité des Candidats, & des Bacheliers qui ſe preſentent pour obte-nir les degrez dans leur Ecole, & pour y maintenir la police ſur pluſieurs chefs, qui n'e-ſtoient pas ſuffiſamment ex-pliquez dans les anciens Sta-tuts, ils ont eſtimé à propos ſous le bon plaiſir de ladite Cour, d'en faire de nouveaux, au nombre de dix articles, pour eſtre joints aux anciens, & qui contiennent les matie-res qui doivent eſtre enſei-gnées par les Profeſſeurs, la forme de quelques examens, injonction aux Candidats, Ba-cheliers & Licentiez de pren-dre des Leçons ſous les Pro-feſſeurs du College & du Jar-

77572



din Royal, d'aſſiſter toutes les ſemaines aux conſultations de charité, qui ſe font aux Ecoles; d'accompagner pendant deux ans les Docteurs qui viſitent les malades de l'Hoſtel-Dieu, & quelqu'autres Reglemens qui concernent le bien public, leſquels nouveaux Statuts ont eſté approuvez aprés pluſieurs deliberations, qui ont eſté faites dans trois aſſemblées de la Faculté expreſſement convoquée pour cet effet, il pluſt à ladite Cour homologuer leſdits nouveaux Statuts du ſix du preſent mois, pour eſtre joints aux anciens de ladite Ecole, & eſtre executez ſelon leur forme & teneur, veu auſſi leſdits Statuts dont la teneur enſuit.

I.

Profeſſor rei herbariæ non ſolùm aget de plantis, verum etiam de Animalibus, & mineralibus, omnique demum remediorum genere, quæ è ſinu naturæ eruuntur, ad morborum depulſionem, & ſub finem cujuſque hebdomadis, hæc medicamenta quorum per hoſce hebdomadis dies mentionem fecerit, auditorum oculis ſubjiciet, & eorum vires, & delectum explanabit.

II.

Profeſſor Pharmaciæ, cujus munus duntaxat fuit examinare cum Decano Tyrones Pharmacopæorum, eorum Officinis Luſtrandis, & Magiſteriis præeſſe; in poſterum anno ſuæ

profeſſionis ſecundo, curſum pharmaciæ Galenicum, & chymicum peraget, quem programmate publico ſignificabit philiatris, ipſique per modum Honorarii pro hocce profeſſionis anno numerabuntur à Facultate ducentæ libellæ turonenſes, quæ ex burſis licentiarum depromentur.

III.

Nullus in poſterum Medicinæ Candidatus ad examen, admittatur, niſi litteris teſtimonialibus Profeſſorum Scholæ, Collegii, & horti regii bellè munitus accedat, & tempore lectionum ſe inſcribi curaverit bis per unumquemque annum, in Commentariis Facultatis ſolutis ſolvendis pro

jure inſcriptionis, alioquin ab examine arceatur, eâ tamen conditione ut Profeſſores ſub quibus meriti fuerint Candidati, Doctores ſint Facultatis Medicæ Pariſienſis juxta dicti Collegij & horti conſtitutionem, edictis Regiis fundatam.

IV.

Præter examina quæ ſubire debent Candidati juxta antiqua Statuta, Baccalaurei renunciati non modo reſpondebunt in examine botanico de nominibus & viribus plantarum, ſed de omni materia Medicinali, de quâ Doctores omnes eos interrogabunt per ſpatium hebdomadis integræ, & quicunque è Doctoribus præſentibus huic officio non

ſatisfecerit, quatuor libellis turonenſibus mulctetur.

V.

Emeriti Baccalaurei qui ad examen particulare admiſſi Doctorum domos adibant, ut de praxi inter privatos parietes reſponderent, de ipsâ palam & apertè ab iiſdem Doctoribus ad id in Scholas ritè convocatis perſpatium ſolidæ hebdomadis in poſterum examinentur, ex Licentiarum autem burſis honorarium ad inſtar examinis botanici depromatur, idque ſolis Doctoribus impertiendum, qui Baccalaureorum peritiam probè tentaverint.

VI.

Idem Baccalaurei honoris

tantum & obſervantiæ gratiâ Doctorum domos adeant decenti habitu ab ipſis petituri, ut ad licentias admittantur.

VII.

Cum vero Baccalaurei teneantur per biennium integrum ſingulis diebus Sabbati adeſſe in Scholis ad ægros inviſendos, & ut ſcripto exarent formulas remediorum quæ præſcribi ſolent à ſex Doctoribus deſignatis, qui pium pauperibus ægrotis ad Scholas accedentibus officium reddunt, à quibus ſenſim informentur ad Medicinæ praxim, atque ut in curandorum morborum ratione ampliùs inſtituantur, & magis confirmentur Licentiati, ſtatim à gradu Licentiæ Doctores

Doctores Facultatis qui in magno urbis hujus Noſocomio medicinam faciunt, per biennium comitari teneantur, & unicuique eorum veſtigiis alternatim inſiſtere trium menſium ſpatio : & ut fides fiat eorum diligentiæ & præſentiæ, tabellas ab hiſce Doctoribus obſignatas referent, ſi vero conſtet eorum quemdam huic penſo defuiſſe, emolumentis Scholæ privetur, exceptis tantum modo iis qui per decem annos in urbe celebri, Medicinæ praxi cum laude incubuerint.

VIII.

Doctoribus cum veſte talari & Manicata, pileo quadrato, humerali coccino & mo-

L

deſto, qualis eſt Togatorum, colli amictu, interiores inferiorum Scholarum cancelli dumtaxat pateant, atque hoc ornatu, Baccalaureorum Actibus ſedentes immorentur, de eorum eruditione judicium laturi, ibidemque in oblato Catalogo data ſuſcriptione præſentiæ ſuæ teſtimonium exhibeant, alioquin ſi in diebus actuum extra laudatos aulæ interioris limites inſcribendæ ſyngraphæ copiam à Bidellis obtinuiſſe conſtet, hi jure ſuffragij priventur, illi verò plectentur pecuniæ ſummâ ad arbitrium Facultatis.

IX.

Ut autem Doctoribus noti ſint Medici qui Regi Chri-

ſtianiſſimo, & Principibus regio ſanguinè procreatis inſerviunt, quibuſcum apud ægrotantes conſultare liceat; extabit eorum catalogus diſtinctus à Catalogo doctorum Facultatis, & utrorumque nomina & cognomina à bidello publicè recitabuntur ſingulis annis actuum initio, iiſdemque Medicis Regiis renunciabitur, ſi notum ſit eos medicinam facere, & conſilia inire cum Medicis extraneis, non probatis, aut cum empiricis, hocce jure, & privilegio conſultationis caſuros.

X.

In inferioribus quoque Scholis articulus vigeſimus quartus Appendicis reformationi Sta-

tutorum additæ accuratè ſervabitur, neque de Doctoribus quiſquam gallico idiomate utatur in diſputando, & ſuo tantum ordine argumenta proponat in reſpondentem Baccalaureum, nec collegam ſuum loquentem ullatenus interpellet ſub mulcta privationis juris rotuli, aut alterius mulctæ infligendæ ad arbitrium Facultatis.

Facultas ſuper novis propoſitis Statutis ter ritè Convocata, his lectis & auditis, maturâque deliberatione perpenſis, ad Scholæ dignitatem amplificandam, publicamque utilitatem promovendam, cenſuit ea in poſterum ſervanda, & in Commentariis ſuis,

ut vim Statutorum habeant, reponenda, in comitiis ſuper eâ re tertio & ultimò habitis ſexto Auguſti 1696. Sic ſignatum, BERGER, Decanus.

VEu auſſi les pieces attachées à ladite Requeſte, ſignée BONNET, Procureur. Concluſions du Procureur General du Roy, oüy le Rapport de Maiſtre François Hennequin Conſeiller. Tout conſideré, LA COUR a homologué & homologue leſdits nouveaux Statuts de l'Ecole de Medecine de Paris, du ſix du preſent mois, pour eſtre joints aux anciens, & executez ſelon leur forme & teneur. Fait en

Parlement le trente-uniéme Mouſt mil ſix ces quatre-vingt-ſeize. Collationné.
Signé, Du TILLET.

FACULTE DE MEDECINE DE PARIS